



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 24. Quid mane surgenti faciendum exponit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

a Scrutatus fueris, sincero Examine mentis,

b Et si peccasti, veniam de crimine posce:

c Tutelæ Angelicæ, post te committe fideli,
Ne Mors, nocte tuam rapiat de corpore vitæ,
Judiciumque Dei subeas, non rite paratus,
Comprimat ac Hostes, noctis phantasmata
pellat

Tum poteris, placidæ componere membra
quieti.

§. 24.

Quid mane surgenti faciendum, exponit.

Præveni in maturitate, & clamavi, quia in
verba tua supersperavi, prævenerunt oculi
mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia
tua. *Psal. 118, v. 47.*

d **M**ane vigil, tibi præ reliquis sit maxi-
ma cura,

Ut grates referas. *e* placide de nocte peracta,
Omnia quæque die occurrent, dispone ge-
renda,

Quæ fore grata Deo, atque Animæ prodesse
putabis

Quem simul & *f* cordis votis exposcito
summis,

a *Psal. 76.* *b* *Psal. 50.* *c* *37.* *c* *Psal. 40.*
Exodi 23. *d* *Proverb. 8* *Psal. 62.* *e* *Psal. 87.*
37. *f* *Psal. 100.* *37.* *124.*

Ut te defendat variis à fraudibus hostis,
a Ullius labis ne te contagio lædat:
Sic sine nube, dies transibit, luce serena,
b Duraque nec tristem reddent, nec prospere
ra lætum.

§. 25.

*Honorum Et Divitiarum contemptum suadet,
Et pericula eorum memorat, Hu-
milesque consolatur.*

Horrende & cito apparebit vobis, quia judi-
cium durissimum his, qui præsumunt, fiet,
exiguo enim conceditur misericordia: po-
tentes autem potenter tormenta patien-
tur. Sap. 6. v. 6.

Carnis delicias, & mundi gaudia vita
d Divitias laudes, vanos hominum-
que favores

Et quæ magna putat, qui horum possessus
amore,

Cum noceant Animæ, carni quæ grata vi-
dentur,

Pernantesque Rosas, spinarum copia cin-
gat,

Majori fructu quæres mansura per ævum,
Nec

a Psal. 118 b Psal. 22. Et 26. c Matth.
19. d Psal. 61. e Matth. 6.